494 Et ut eo status pro nã libertate ejus in statu conditionato, inde quæ de novo impugnes solutionem datam, Petrus loquar de Petro, qui in ultimo instĩ vitæ urgeat præceptum de diligendo Deo: et opportune sub permitto, duos status conditionatos dari posse; alterum in quo Deus pardeat Petrum operaturum libere, si ei detur vocatio, et aliã comprincipiã ex se indifferentia: et in hoc statu conditionato Deus cognoscit actum oriri libere a voluntate: et alterum quo Deus pardeat Petrum operaturum, si ei dentur ultra principia de se indifferentia, efficax etiam electio ad gloriam: et in hoc statu conditionato non prænoscit Deus actum oriri libere a voluntate: quia sicut ea electio posita in statu absoluto impedit potentiam proximam in eodem statu ad omissionem ejus, seu peccatum, et consequenter tollit indifferentiam proxima et libertatem in actu lo. ad actum præceptum: ita similiter posita conditione impediret pariter illam potentiã in statu conditionato. Et ratio est: quia Petri voluntas non connectitur minus cum actu præcepto in statu conditionato, posita electione conditionate, quam in statu absoluto posita absolute.

495 Unde sic conficitur argumentum: status absolutus qui de facto ponitur hic, et nunc consurgit ex elec-

tione eficaci ad gloriam posita a parte rei: go
statu conditionato huic absoluto correspondens est electio
quo Deus prævidit operaturum Petrum, si ei daretur per
alia comprincipia de se indifferentia, electio
quoque intrinsece efficax ad gloriam. sed in hoc statu
conditionato non reperitur libertas, ut ipse dicebamus:
mus: go nec in statu conditionato correspondenti directe
statui absoluto, qui hic et nunc positus est a parte
rei. Unde evidenter per electionem intrinsece efficacem
non solum tollitur libertas in statu absoluto; sed etiam in
statu conditionato respondente directe illi absoluto. Sic ve
ra est horum RRum solutio. Nec iuvat quod in alio statu
conditionato detur libertas: quia ille non transit in abso
lutum: atque adeo per accens se habet, et concomitan
ter respectu status absoluti, qui nunc ponitur
de facto.

496 Denique solutio ista falso dicit electio
nem eficacem prædictæ naturæ non esse suppositionem
antecedentem, nec mutare connaturalem modum operan
di voluntatis. Nam contra 1. est quod illa suppo
sitio est causæ de facto influentis, sed suppositio causæ
de facto influentis est ans: alioquin nec suppo
sitio physicæ prædestinationis etiam positæ dependen
ter a scientia media esset ans: quod enim semper
negabimus: go et suppo illa ans esset. Item 2. est quod
Deus prævidens electionem efficacem esse hic,
et nunc causam operationis cohiberet concur
sum generalem ad amissionem gloriæ per pecca
tum; sed hic concursus est unum ex princi
piis immediatis et connaturalibus actionis
liberæ: go prædicta electio mutaret modum

congrua dumtaxat operandi voluntatis. Deser-
viunt pro hoc discursu, quae diximus n. 490.

§. 3.ª Tertia, et communior solutio,

eius que refutatio.

497 Communior solutio argumenti fac-
ti et conformior principiis Patris Suarez est
per electionem efficacem praedictae naturae non le-
di libertatem; quia, licet sit causa hic et nunc
mediate influens, et omnino incompossibilis cum
carentia gloriae; tamen potest impediri a volun-
tate ut existenti in statu absoluto; et ratio est:
quia voluntas Petri in statu absoluto existens sub
vocatione congrua, potest proxime pro priori
resistere tentationi: ergo si non resisteret, ut po-
tuit, non fuisset resistentia futura sub condi-
tione talis vocationis: et consequenter nec prae-
cessisset in Deo scientia media de efficacia voca-
tionis: quae in potestate, et libera voluntatis Pe-
tri determinatione considerata in statu abso-
luto est saltem indirecte impedire seu facere
ut non praestiterit electio efficax ad gloriam
quatenus in eius potestate est impedire, seu fa-
cere directe, ut non praecesserit scientia media
de efficacia vocationis, sine qua scientia,
utpote essentialiter requisita, nullatenus exis-
tere potest electio efficax ad gloriam.

498 Impugnatur tamen solutio haec ex
vi rationis nostrae fundamentalis: sic igitur argu-

mentor: posito Petro in statu absoluto et in ultimo instanti vitae sub vocatione existenti, et pendenti ab omnibus suis causis remotis, et proximis hic et nunc actu influentibus in illam non est possibilis carentia aut omissio illa libera actus resistendi tentationi: ergo ratione talis omissionis non erit in potestate Petri impedire seu facere, ut electio efficax non praecesserit. consequentia ex antecedenti evidens est: nam ratione chymerae nequit Petro convenire potestas realis ad effectum verum. Antecedens vero constat ex dictis sect. 9a et iterum ponitur ob oculos: nam frustratio electionis efficacis Dei non est possibilis; sed tunc carentia vel omissio libera actus resistendi tentationi esset frustratio electionis efficacis: ergo tunc non est possibilis talis carentia. Suppono maiorem, et probo minorem: quia frustratio electionis efficacis in omnium sententia est carentia obiecti efficaciter electi in sensu composito electionis efficaciter illud eligentis; sed tunc haec duo simul convenirent carentiae vel omissioni liberae actus: ergo tunc haec omissio esset frustratio electionis efficacis.

499 Fundamentum huius ultimae minoris est: quia in primis Petro mortaliter peccante in ultimo instanti vitae per omissionem liberam accidentalem, et gratia finali consequenter deperdita, sequitur necessario carentia gloriae. Deinde careret

etiam sensus compositi ellectionis efficacis ad gloriam: quia tunc daretur vocatio hic et nunc actu pendens ab ellectione efficaci ad gloriam tanquam a causa actuali, seu actu ante et influente mediate saltem et remote in ipsam vocationem; quae quidem dependentia, et influxus dari nequit a parte rei nisi fiat suppositio seu sensus compositus ellectionis efficacis sic influentis: ergo tunc haec duo convenient carentiae et omissionis liberae actus; sive quod idem est, omissio actus libera haberet secum adiunctam carentiam gloriae ex suppositione, et in sensu composito ellectionis efficacis ad gloriam, et consequenter tunc esset frustratio talis ellectionis: ergo per hanc omissionem non potest Petrus impedire praedictam ellectionem, et inde solutio manebit nulla.

500 Replicabis: hoc totum verum esse, si daretur ellectio efficax ad gloriam quando daretur omissio libera actus, ita ut semel ponerentur, et invicem coexisterent; at quando omissio existeret, nullatenus existeret ellectio, quia illa esset actuale impedimentum huius retardans efficaciter eius existentiam saltem indirecte, quatenus videlicet impediret directe scientiam mediam de vocationis efficacia, a qua scientia pendet essentialiter existentia ellectionis: ergo haec adhuc impedibilis libere manet a Petro

absolute existenti per liberam omissionem actus in casu iam posito. Fateor ingenue sufficere hanc responsionem, ut sententia Eximii Doctoris probabilissima fiat; nihil ominus enim pro opposita, et consequenter pro libertate sic contra illam insurgo.

501 Ut predicta omissio existat vel existere possit, debet pro priori naturæ et in actu primo antecedere vocatio existens hic, et nunc independenter ab influxu etiam remoto electionis efficacis ad gloriam; sed hec independentia non prestatur, nec potest prestari ab omissione libera actus: ergo omissio ista per se ipsa nec est, nec esse potest impedimentum actuale predictæ electionis. Consequentia hec recte infertur, et maior ex dictis videtur nota: quia cum omissio libera tunc afferat secum carentiam gloriæ, et aliunde ut sit libera petat necessario vocationem absolute existentem et pro priori naturæ antecedentem ad actum, cuius est omissio, si hec vocatio penderet de facto hic et nunc ab electione efficaci ad gloriam precedenti, et influenti actualiter saltem mediate, et remote daretur sensus compositus huius electionis ita influentis, et consequenter darentur simul quæ necessaria sunt, ut predicta omissio induceret rationem frustrationis electionis efficacis ad gloriam;

quæ frustratio, ut chymera, neque existit neque existere potest: ergo ut prædicta omissio existat &c.

502 Probatur itaque minor syllogismi facti: quia ea independentia necessario omnino requiritur, et essentialiter antecedere debet pro priori naturæ et ex parte actus primi ante ipsam omissionem liberam: ergo talis independentia nec præstatur, nec præstari potest ab omissione libera. Consequentia hæc evidens videtur ex terminis: nam contradictionem involvit, quod aliqua entitas vel carentia præstet, vel præstari possit, quod ante illam omnino necessario et essentialiter præcedere debet. Antecedens autem quoad utramque partem probandum est. Probatur itaque quoad primam, quod scilicet independentia vocationis ab electione efficaci ad gloriam sit omnino necessaria, seu essentialiter requisita ad illam liberam omissionem actus. Probatur, inquam, quia de facto si vocatio congrua non existit independenter ab electione efficaci ad gloriam, debet existere dependenter ab illa, cum de facto sit nullum non detur medium; sed eo ipso quod vocatio existat dependenter ab electione, est iam impossibilis omissio libera actus; quia induet iam rationem frustrationis talis

ellectionis efficacis: ergo ut detur et dari possit praedicta omissio, requiritur necessario et essentialiter independentia vocationis.

503 Probatur insuper idem antecedens quo ad secundam partem: quod videlicet ea independentia debeat antecedere pro priori naturae: quia sicut se habet dependentia vocationis ab ellectione efficaci ad gloriam, ita se habet independentia ejusdem ab eadem ellectione: sed dependentia vocationis ab ellectione intrinsece efficaci ad gloriam antecedit pro priori naturae et ex parte actus primi ante actum secundum: ergo et independentia antecedit ante omissionem liberam quae est actus secundus. Ratio a priori, qua fundatur probatio, haec est: quia causa, maxime efficiens, debet prius dari et intelligi secundum suum esse formale, et entitativum, quam detur, vel intelligatur aliquis ejus effectus vel actus secundus: ergo juxta Philosophorum axioma: prius est esse quam operari ac independentia vel dependentia ab aliqua alia causa, proxima vel remota est vel ut affectio vel passio entitatis talis causae: ergo debet etiam praecedere pro aliquo priori naturae et ex parte actus primi ante omnem actum secundum illius causae et consequenter independenter ab illo: nam sicut causa non potest

habere suam realem entitatem ab ali-
quo actu suo secundo, ita nec passionem
seu affectionem entitatis suae.

504 Suadetur id ipsum commu-
nibus exemplis: nam amor objecti
petit necessario, et essentialiter cogni-
tionem ejusdem objecti ad praestan-
dum effectum formalem amantis:
combustio autem ligni saltem de poten-
tia ordinaria applicationem ignis
ad lignum; et in plurium sententia
actio voluntatis accidentaliter libera
carentiam imperii efficacis, et alia id
genus quae cuilibet passim occurrent;
et tamen hae omnes conditiones, aut
quasi conditiones praesupponuntur ex par-
te actus primi, et pro priori naturae
ante ipsas formas, quibus deserviunt;
quin per easdem valeant poni aut
induci: ergo similiter in re nostra an-
te omissionem liberam pro priori
naturae debet supponi ex parte actus
independentia vocationis ab electione
efficaci ad gloriam, quin valeat per
talem omissionem poni, aut induci.
Haec autem consequentia a paritate satis
urget: quia utrobique militat ea-
dem ratio. Confirmatur: quia si da-
retur, aut potest dari, aliquis effec-
tus, qui peteret omnino necessario, et

essentialiter oriri a causa producta per actionem; sive quod idem est, independenter a præsupposito subiecto tum talis independentia teneret se pro priori naturæ et ex parte actus primi ante ipsum effectum, quin præstaretur, aut posset præstari ab illo: ergo id etiam in casu nostro dicendum erit de independentia vocationis ad electione intrinsece efficaci ad gloriam respectu omissionis liberæ cum par omnino ratio detur.

505 Hinc tria collegenda sunt primum falso affirmari in hac tertia solutione posse Petrum in statu absoluto per omissionem liberam actus impedire electionem efficacem ad gloriam: nam revera non potest ex immediate dictis secundum hanc potentiam impediendi secundam electionem esse Petro insuperabilis et inevitabilis ab ipso siquidem hæc impotentia non potest superari aut evitari nisi per oppositam potentiam impediendi; quam tamen non potest Petrus habere nisi per aliquem actum secundum liberum, qui deinde nec potest esse actus positibus, ut est evidens; nec etiam omissio libera illius, ut iam ostendimus. Ex quibus duobus tertium colligitur, videlicet Petrum in ultimo instanti vitæ sub vocatione absolute existente, et hic et nunc de facto pendenti ab omnibus

suis caussis proximis, et remotis nullate-
nus habere libertatem ad gloriam amitten-
dam per peccatum; siquidem posita elec-
tione intrinsece efficaci non potest Petrus non
acquirere gloriam, et quod ponatur vel non
ponatur talis electio non est absolute in po-
testate Petri; siquidem omnino gratis habe-
tur a Deo; nec denique impotentia ista
vinci, aut superari potest a Petro: ergo is-
te sub predicta electione manet omni-
no determinatus, et sine illa indiferen-
tia, aut libertate ad amittendam glori-
am per peccatum. Alia que confirment
hanc doctrinam dabuntur dum de pre-
definitionibus agamus.

§. 3.ª

An saltem possibilis sit intentio absoluta, et extrinsece efficax glorię vt coronę ante prevISa merita?

906. Reiecta intentione absoluta et intrinsecè efficaci glorię vt coronę ante prevISa merita vt impossibili, seu irrecon-

citabili cum libertate predestinati ad gloriam amittendam per peccatum: et reiecto consequenter ut repugnanti secundo modo adstruendi electionem absolutam, et efficacem ad gloriam ante praevisa merita, quem proponit et admittit Pater Suarez ex numero 460, quotenus inducitur per predictam intentionem; placuit nihilominus eum penitus non deserere, et via alia inter nostrates ultra communi hunc eundem tertium modum probabiliter adstruere. Ad quod premittendum est ex materia de voluntate: dupliciter posse adstrui decretum intentivum de aliqua re: vel ita ut antecedenter, vel ex proprio predicato intrinseco sue efficacitatis connectatur cum effectu, adeo ut in sensu composito repugnent negatio consensus, et entitas decreti: vel sane ita benignum ut licet consequenter ratione mediorum, que infert, et scientie medie, quam supponit, in sensu composito non posset absque effectu esse, tamen si per impossibile daretur absque tali scientia, non repugnaret ex vi sui influxus esse absque effectu. Loquendo ergo de hoc benigno decreto intentivo glorie ut corone;

507 Conclusio nostra sit: modus

tertius, quem admittit Pater Suarez, quo videlicet Deus ante absolutam praevisionem meritorum dicat, volo absolute efficaciter dare gloriam ut coronam, ut praemium est, et Deo dignus. Prima huius conclusionis probatio erit explicatio illius. Pro qua suppono gloriam esse coronam et praemium, esse in illa denominationem extrinsecam provenientem ex meritis, intuitu quorum decernitur; nam cum eadem entitas gloriae, et eadem eius productio possent absque meritis esse, ut patet in pueris decedentibus in gratia habituali acquisita in Baptismo, fit hoc quod est esse coronam, esse denominationem sumptam ex aliqua forma extrinseca; haec autem nulla alia est nisi merita influentia in illam. Caeterum cum merita non causent physice gloriam, sed moraliter inclinando et movendo voluntatem dantis, fit ut eam, ut idem sit, volo ut Petrus habeat gloriam ut coronam, ac volo ut Petrus habeat gloriam ex vi voluntatis meae motae ab eius meritis. Et ratio est manifesta: quia si velle gloriam ut coronam est velle gloriam ut causatam per merita; et gloriam esse causatam per merita est gloriam dari ex vi cuiusdam voluntatis

meda, per merita; in idem porterea recidet, velle Petro gloriam, et coronam, ac certo ut habeat gloriam ex ea eandem voluntatem; quae determinata per merita.

508 Deducetur hinc: voluntatis effectus, seu electionis efficacis obiectum primarium, et in recto esse substantiam gloriae; de connotato autem esse voluntatem quamdam Dei, quae movenda sit ex meritis; ac proinde ipsa etiam merita, veluti de connotato amantur: Unde in praedicta voluntatis tria determinantur; videlicet entitas gloriae, voluntas Dei, et merita. Consequenter quae ex vi huius voluntatis ad duo determinatur Deus, ita ut non possit resistere: primo videlicet ad danda merita quae videt esse in sua potestate, cum viderit scientia media, cogitationes, quae si darentur, re ipsa consensum obtinebunt: secundo ad habendam, positis meritis voluntatem aliam, quae ex ipsis moveatur ad dandam gloriam, ita ut meritis existentibus non possit non ita moveri ad eam dandam.

509 Potest autem supposition doctri

na sic persuadetur: Deus amat glo-
riam ut coronam: ergo amat for-
malitatem coronae. Sed formalitas
coronae est denominatio extrin-
seca: ergo Deus intendens efficaci-
ter gloriam ut coronam, inten-
dit efficaciter hanc denominatio-
nem extrinsecam. Omnia sequentur
et probatur ergo: Si implicat a-
mari efficaciter denominatio-
nem extrinsecam, non amata
forma a qua provenit: quia ut
suppono ex meliori Philosophia de-
nominatio extrinseca, nihil est
aliud, quam forma denominatio-
nis, et subiectum denominati
ut videre est in subiecto visu cog-
nito, ~~[illegible]~~: ergo Deus effica-
citer amans hanc denominatio-
nem extrinsecam gloriae ut co-
ronae amat necessario efficaciter
formam huius denominationis.
Sed haec forma est voluntas divi-
na mota ex meritis, ac proinde ex
nostris meritis: ergo haec omnia a-
mantur ex vi illius volitio-
nis, et vi eiusdem determina-
ta manent, Deus quae deter-
minatus etiam ad duo, quae
dixi numero superiori. Con-
sequenter ad haec:

510 Suppono, secundo: hanc voluntatem elligentem efficaciter esse entitatiue liberalem, obiectiue vero onerosam: quia et si absque ullo merito habeatur illa voluntas, id est nullo titulo teneatur Deus ad eam habendam tamen respicit obiectum non dandum gratis, sed onerose, seu per merita. Unde vi predicte voluntatis gratis vult Deus, se non velle dare gratis: quia non decernit Deus gloriam, quia devita est (que est voluntas entitatiue iustitie) se decernit. Ut habeatur gloria, ita ut sit devita: quare utrumque intendit Deus, et quod debeatur gloria, et quod detur postea, quia tunc devita erit. Exemplo id ipsum declaro. Video te equi indigentem, et undequaque quaerentem, a quo possis emere. Decerno vendere tibi equum, et non gratis dare. Certe quod hic affectus sit circa obiectum iustitie habet ex suo obiecto; quia statuitur aliquid in quo iustitia exercetur, puta traditionem equi pro pretio, tamen hic et nunc iste affectus non est debitus titulo iustitie: quia non debebam ego illum ellicere

siquidem absque ulla iniustitia poteram illum affectum non habere. Unde licet gratis habeam, et liberaliter affectum istum, illo tamen tendo in obiectum iustitiae: ita quae est entitative liberalis, et obiective onerosus, ut dicebamus de affectu divino efficaciter ad gloriam elligente.

911 Et quia dixi, ad hanc priorem voluntatem elegendem subsequi posteriorem aliquam, quae det gloriam ex meritis, addam modo: benè inter se componi has duas voluntates, nam prior decernit, ut habeatur gloria per merita, posterior autem dat gloriam per merita, et facit quidquid decernebat in priori, hoc discrimine, quod prior, ut dixi, entitative liberalis est, quia Deus nullo titulo supponitur obligatus. posterior autem est entitative onerosa: quia tendit in gloriam: quia debita est, et per illam remunerans vult dare, quia debet. Sit exemplum: non habes quo emas munus, quod ponitur venale mihi suppetunt nummi; ac proinde

in mea est potestate, ut emas, si commodem pecunias. Hoc cognito, decerno, ut illud munus habeas tuo pretio, et hoc ipso affectu implicite statuo nummos tibi commodare: unde obiectum meae voluntatis est ut habeas dignitatem hanc non gratis datam (quia id fieri non potest) sed tuo pretio; id est tibi debitam, et ex iustitia. observa modo hic affectus meus non est ex iustitia, quia non fertur in rem, quia debitam, sed potius intendit ut sit debita; cum vero, accepto pretio, confero munus, hec voluntas ex iustitia est; quia per illam volo dare rem, quia debeo illam dare; vel quia debita est. Atque hec discrimine voluntatum datis simul ex dictis dicendorum summa observa.

512 Ergo supposita porti de lo nostra: eadem o[mnino]
est possis modis noster adstruendi intentionem absolutam et efficacem dan-
di gloriam ante praevisa merita; quod quidem repugnaret ex capite
distinctionis virtualis duplicis volitionis Dei, quam supposuimus, vel ex
capite adstruendi primam earum volitionum entitative
liberalem, alteram vero onerosam, vel ex capite incoherentiae cum
libertate creata, vel saltem ex capite etiam irritabilitatis
praedictae intentionis, vel denique ex aliquo alio capite ab
adversariis assignabili; sed nullo ex assignatis aut assignan-
dis capitibus repugnat praedictus modus adstruendi inten-
tionem absolutam, et efficacem Dei ante praevisa merita:
ergo possibilis est eiusmodi modus non quidem tantum
in alia providentia, sed et in praesenti. Consequentia
optima est ex praemissis, et harum maior tangit prae-
cipua capita quae occurrunt pro apparenti repugnan-
tia praedictae intentionis. Pro minore autem proban-
da et percurrendis praedictis repugnantiae capitibus
deservient sectiones sequentes.

Sectio 1a. Adstruitur necessitas duplicis volitionis circa gloriam.

513 Saepe omisimus in decursu tractatus distinctio-
nem virtualem ordinis intentionis et executionis inter affectus
divinos: quia nil hucusque occurrit quod cogeret nos ad ex-
ponendam propriam mentem circa difficultatem istam.
Modo autem ad eam decidendam cogit nos pro-
batio facta, et licet praenotata cogere nos videantur
ad sequendam opinionem eorum, qui distinctio-
nem virtualem inter praedictos ordines tuentur, cum
iis adhuc universaliter et in omnibus non sentiemus.

Ratio est quia in iis, quae Deus intendit fieri ab ipso independenter a creaturis, non est cur admittatur voluntas executiva distincta virtualiter ab intentiva, cum haec semper in Deo efficeret, et potentiae sint promptissimae: ac proinde non indigentes, ut rem intentam exequantur alio determinativo aut applicativo quam prima volitione intentiva rei pro hoc aut illo tempore et loco, in hac vel illa intensione, extensione ac mensura, et sic de aliis circumstantiis: ita ut accedente connotato temporis aut loci, pro quo directe rem illam intendit, eam aut per se ipsam, aut per potentiam executivam omnipotentiae promptissime exequantur.

514 Loquendo ergo de iis, quae Deus fieri intendit non per se solum, sed per vires etiam arbitrii creati (qualis in praesenti est executio gloriae ut coronae ac praemii meritorum, quae proinde a creatura in consortio Dei necessario sunt efficienda) P. Ruiz disputatione 12 de praedestinatione sect 7 n 9, quem sequitur P. Granados tractatu 7 disputatione 4 sect 2ª numero 20 et sect 4 n 33; docti quidam RR. Salmanticenses, censent non esse dandam aliam voluntatem exequentem, sed illam eandem voluntatem quae fuit intentio gloriae ut coronae positis meritis re ipsa exequi intentum, et gloriam conferre. Pro contraria tamen sententia sto, quam superius dicta cum P. D. Francisco Suarez 3º de auxiliis capite 19 n 4 et libro 2º de praedestinatione capite 14, Arrubale disputatione 65 n 20, et aliis, quibus consentio in iis omnino, in quibus obiectum voluntatis prioris est non utcunque res definita, sed cum alia denominatione desumpta a voluntate Dei, ut est in praesenti, et ostendimus a n 510.

515 Cum his ergo Auctoribus secundae sententiae censeo in casu praesenti, et quovis alio simili admittendam, et suppedendam necessario esse ad priorem volitionem intentionis posteriorem aliquam volitionem, quae non tam sit executiva rei intentae, quam prioris volitionis, et veluti pars finis intenti per illam. Explico me in casu intentionis, quo versamur: itaque intentio haec non est utcumque dandi gloriam; quia si ita esset, frustra alia voluntas adstrueretur, quae ei deficeret contra priorem opinionem: sed est voluntas dandi gloriam ut coronam, in quo obiecto iam intrat voluntas alia; quia cum denominatio coronae sumenda sit, ut dixi, ex voluntate, quae movetur a meritis, hoc ipso quod vult coronam, vult voluntatem ex meritis moveri. Unde quando adveniet voluntas haec (id observa) non adveniet, ut exequatur intentum praedefinitum, sed est pars intenti praedefiniti, executi iam ex vi volitionis prioris: quia ex vi istius mansit voluntas determinata ad habendam hanc volitionem, quae movetur ex meritis, quare tandem non tam est volitio exequens respectu rei intentae, quam res ipsa intenta iam executa.

516 Dari debere volitionem istam ab intentione distinctam, et ad executionem aliquomodo pertinentem, suadetur 1.° ab autoritate Augustini ad Simplicianum ubi inter multa alia ait lib. 1.° q. 2.a ante medium: non tamen electio praecedit iustificationem, sed electionem iustificatio: ergo ex mente S. Augustini aliqua datur electio post iustificationem et merita: ergo aliqua voluntas, seu volitio: siquidem de ratione electionis aliqua voluntas aut volitio est. Hanc autem doctrinam nullibi retractasse sanctum Doctorem

multis ostendit P. Vasqz. Ita etiam Bellarm. et alii. Deus
D. Prosper lib. 2 de vocatione Gentium c. 32 inquit. Deus
eis, quos elegit sine meritis dat unde ordinentur ex meritis.
Et ne hac electione praecedenti videretur tolli studium et favor
vor Cyprianus addit. Et frustra dicitur, quod ratio operandi non
sit in electis, cum etiam ad id operentur, ut electi sint;
ergo suis operibus acquirunt electi aliquam electionem: ergo supponitur
ritus est in Deo aliqua voluntas mota ex eis ad dandam
dam gloriam; sed haec elec. non est prior illa ante merita et non
re intentiva: ergo alia ab ista, videtur dicta; motiva alia,

517 Et venio ad rationem; quod, ex omni priori
voluntatis decernit Deus dare gloriam et merita concomi-
tanter se, ita est ut licet decernat quod Petrus habeat
beat merita, et habeat gloriam, non tamen decernit, ut
merita illam causent; vel, decernit gloriam causando per
merita? Primum est impossibile, et quod inducit necessario
aliquam voluntatem, videtur dictam: ergo haec necessario
adstruenda est in eum praeveniendo. Esse impossibile vel certum; quod
de facto gloria datur propter merita, et ab illis causatur
Ut indicat illud Matthei 25 Euge serve bone et fidelis,
quia super pauca fuisti fidelis intra in gaudium domini
tui. Venio ad 2 et ratio est; quia haec dependen-
tia non stat absque nova voluntate, nam me-
rita non causant physice gloriam: ergo solum
movendo moraliter: ergo determinando vo-
luntatem divinam; sed non possunt deter-
minare voluntatem illam priorem, quae
praesupponitur ante merita: ergo aliam
distinctam moveant, et consequenter alia
distincta est necessario adstruenda.

518 Forte dices: quod accedunt merita

determinant ad exercitium, non vero detrahant voluntati; ac proinde gloria in exequi debet a meritis abstrahere, nulla voluntas depeat sed strai: quia voluntas illa ans[illegible] et gloria detur absque propter merita; ergo sicut et merita absque caent gloriae: ergo objectum illius voluntatis sunt merita cum [illegible] gloriae aut gloria causata a meritis: ergo praeter executionem ipsam, propter gloriam et merita vult Deus aliquid aliud [illegible]: quia executio physica gloriae, ipsa gloria, et merita [illegible] vere existere, quin gloria causetur a meritis [illegible] homini habenti merita, si Deus dare gloriam eadem ratione physice cum eadem ratione causae physica, et non dare propter merita: ergo quando vult ex parte obiecti gloriam causari a meritis quod dare propter merita, aliquid aliud vult; sed non aliud nisi id medio quo causant, id est, [illegible] ex meritis: ergo hanc aliquam voluntatem vult, et haec alia admittenda est.

519 Dices 2°. ex P. Granados: tunc Deus eligit homines ad gloriam per merita si dedit [illegible] duas [illegible] quae sunt merita, et aliud quo vellet gloriam: [illegible] et [illegible] conferendi merita sit velleitas [illegible], [illegible] conferendi gloriam: ac proinde merita caent gloriam: sic haec responsione ab [illegible] non [illegible] P. Granados [illegible] sic: [illegible] voluntates non [illegible] inter se [illegible]; sed [illegible]: [illegible] illa quod [illegible] merita [illegible] gloriam [illegible] haec [illegible] gloriae detrahit a voluntate [illegible] meritorum: [illegible] gloriae supponit [illegible] meritorum. Suadetur hoc [illegible] voluntatis causans merita est prior quam respectus causans gloriam: ac proinde non solum ex parte obiecti gloria decernitur propter merita, sed etiam ex parte [illegible]: [illegible] voluntas gloriae detrahit a voluntate meritorum.

520 Id totum [illegible] videtur P. Franc. [illegible]

sect 4 n 32, et effugiens ad mutuam dependentiam eorum respectus, ex ipsis constitui, aut, unica, et simplicissima voltate. Stet ergo, quod voltas dandi merita sit velut ratio alterius conferendi gloriam, et ex hoc capite prior sit illa; quia tamen ipsa voluntas gloriae est prior prioritate a quo voluntate meritorum, quatenus voltas finis est ratio volendi media: ideo ij duo respectus se habent sicut mutuo, et constituunt unica, et simplicissima volte. Certe dificile capitur solutio hec: nam difficilis satis philosophia est, volte hanc prout respicit merita determinare Deum ad habendam voluntatem circa gloriam, et postea in alio sensu volte circa gloriam determinare ad hanc voltatem circa merita. Nam existentia illius respectus ad gloriam determinatur a tendentia in merita: ergo existentia illius respectus supponit tendentiam in merita: ergo determinatio non potest ad id supponit. Urgetur: quod volitio gloriae sit a fine seorsum, et tendit ad volte mediorum et determinata est ipsa dependentiis meritis, fit a se ipsa, non potest ab alio determinari a meritis: ergo in eorum ordine semper est posterior, et non facit cum alia unica et simplicissima, sed duplex saltem virtualiter voltas.

999 Tertio dicitur ex RR salmanticensibus merita movere Deum ad praemium, non quia sint causa alicuius voluntatis subsequentis, sed quia prior voluntas non potest sortiri effectum nisi positis meritis. In quo apparet discrimen inter causam physicam et moralem; hoc dato, est quod physicae causae independenter a cognitione intuitiva causae, et voluntate exequente, tam antecedente, quam subsequente existentiam causae; moralis vero dependet a cognitione intuitiva causae, et voluntate executiva effectus

vel antecedenti, vel subsequenti. Unde ad hoc ut illa voltas caet et mandet executionem gloriae, requirit praevisionem meritorum, quae fiet merita esse causam mediatam praemii; quae etsi non moveant aliquam voltam, voltas tamen illa antequam sortiatur effectum suum, expectat merita et illorum praevisionem. Exemplo id explicas: decernit Deus creare animam rationalem post praevisas dispositiones in materia. Hoc decretum, visis dispositionibus, immediate exequitur creationem animae; et tamen existentia dispositionum, licet non moverit ad existentiam decreti; movet tamen non physice, sed moraliter ad creationem animae: ergo similiter etiam existentia meritorum potest movere Deum ad conferendum praemium ex vi decreti intendentis absque alio decreto novo, ut merita non physice, sed moraliter moveant, et mediate sic causent.

594 Excedit speciositas firmitatem responsionis. Sic igitur contra illam argumentor: merita non immediate causant gloriam, aut eius executionem: ergo causant mediate: ergo causando aliquid quod mediet inter ipsa merita, et gloriae executionem; sed non est aliud quod mediet inter ipsa merita et gloriae executionem (mediate utique causatum a meritis) nisi voltas Dei subsequens ex meritorum: ergo haec mediat inter utrumque, et censetur causata a meritis a quibus minime causatur intentio gloriae: ergo duplex ergo voltas ibi est. Probatur: ad causam moralem requiritur cognitio et inductio illius: ergo illa requiruntur ut ipsa moveat, aliquem de mandanda se habet: moraliter: sed neque movet ad executionem ad amandam executionem: ergo non est causa moralis: non movere ad amandam executionem est certum. Cum non detur alia voltas seu volitio, qualis est amor executionis: deinde nec se movere ad executionem:

44.

q^d cognitio q^e movetur nisi facultas appetitiva; sed hec est nullus alius actus het quo eliciat. Ostenditur: quod ad nihil movet, nec merita vere ipsius; et consequenter hec non erunt causa moralis glorie.

525 Instatur iterum: quia cognitio meritorum movet et excitat volitionem aliquam ut hec decret potentiam executivam, movet ipsam potentiam ut satisfaciat? Si hoc: ergo debet movere ut volitionem, que causata moraliter a meritis det gloriam, aut decret potentiam executivam ad illam dandam. Cur enim secunda est alia volitio intentionem subsequens, et decernens potentiam, et non erit secunda alia volitio, que partialis obtentionis sit, et moveatur ex meritis? Si ... Contra est: quia potentia executrix non movetur immediate cognitione, ut diceramus n. 299 et sepe alibi. Deinde ut ostendatur quomodo materialiter se habeat cognitio meritorum ut hec in sua doctrina sint causa moralis glorie, faciamus hanc hypothesim, quod Deus statuat sic: volo dare gloriam Petro existentibus meritis illius. Ita ut nihil agatur de cognitione illorum; et rogo nunc: si re ipsa existerent merita, daretur Deus gloriam? Si neges: ergo non est ex decreto illo, siquidem positum non habet effectum. Si concedas: rogo iterum: essent tunc merita causa moralis? Essent quidem in tua sententia; quia existentia meritorum determinabat Deum ad dandam gloriam: ergo cognitio meritorum materialiter se habet in tua sententia ut merita sint cause moralis glorie.

526 Exemplum aliud nihil iuvat, quia aliud est determinari Deum aliquomodo a cognitione dispositionum materie ad creationem anime, et aliud esse moveri ad illam creationem:

determinatur quidem sub a quavis alia ratione non autem movetur. Itaque motio est proprie in volunt., quae tunc moveri dicitur, quando ab aliquo vel se, aut cognito inclinatur ad efficiendum aliquod volitum, ac determinatione affectivam actualiter et ad ipsum decernens. Nec enim autem a lato non sic inclinat, inclinare vere dispositio materiae praevisa, quia antecedenter ad illam praevisionem supponitur voluntas divina determinata ad creandum animam sub ratione dispositionis materiae et praevisionis illarum, et haec eadem voluntas, quae antecedit praevisa ratione determinat potentiam ad exequendum: non quasi ratio influat, sed quia voluntas ante non voluit determinare nisi pro casu sed in quo sit ea conditio. Esse autem eatenus determinare dicitur, quatenus positione, et praevisione sui determinat se ut respicit casu, pro quo voluntas statuit determinare potentiam executivam: unde decernente Deo creare animam sub dispositione sint et providentur, tam potentia executiva manet [illegible] determinata ad illum actum, atque adeo praevisio dispositionum ad nihil movet, sed est pura conditio, ut voluntas praecedens determinet absolute potentiam. Simile autem evenit Deo de meritis, quia non sunt merita conditio sed vere causa moralis movens et inclinans Deum ad executionem gloriae, ut dixi [illegible], et iterum ostendam plenius in sequenti.

927. Suadetur 2º meum dictum: executio gloriae pendet a meritis: ergo qui vult ex parte obiecti executionem absolute pendere a meritis, aliquid vult ex parte obiecti, quod pendeat; sed sic [illegible] est haec voluntas, non est quo pendeat: ergo alia voluntas admittenda est dicta, et subsequens praevisionem. Dices:

ipsa met voluntas intendens est id quo executio pendet a meritis, atque adeo non est alia volitio, et hec consequenter superflua erit. Sed contra: quia obiectum voluntatis intendentis est dependentia glorie a meritis: ergo ipsa met voluntas non est id quo gloria a meritis dependet, alioqui sui ipsius obiectum esset: ergo est alia volitas que ex meritis moveatur, et hec proinde [illegible] debet admitti.

528. Ut urgeam discursum et eius solutionem impugnem suppono 1o. diversum quid esse, esse conditionem meram et esse causam moralem influentem in effectum: id quod abunde probat in tract. de Sacramentis. Suppono 2o. merita in ordine ad gloriam pro ponderis habere [illegible] solius conditionis: et consequenter in ordine ad illam non se habere qualiter se habet mors iusti, sed aliter, ac se habent ut causa moralis. Quibus suppositis argumentor sic: merita respectu glorie non sunt pura conditio; sed ei ignori erunt in opposita sententia non admittente distinctionem volitatum, quas adstruere intendo: ergo hec adstruenda est. Probo minorem quia in [illegible] discurrendi merita non aliter influunt nisi quia Deus decrevit, ut positis meritis fiat executio glorie, sed hac ratione non aliter se habent in ordine ad gloriam, quam ut mera conditio, siquidem non se habent aliter ac se haberet ambulatio. Et tri, si Deus ita decerneret, si ambulet detur ei gloria de facto: ergo in opposita sententia merita se haberent in ordine ad gloriam, ut conditio mere.

529. Ad confirmationem in favorem eiusdem assumpti ex casu allato: negatur in eo ambulationem meram conditionem in ordine ad gloriam quatenus secundum se non movet ad operandum nisi quatenus Deus est iam determinatus ad solius

si ea actio purificetur, sed etiam ex vi illius in- tentionis mactet Deus debitas ad eiusque gloriam positis meritis absque aliq. morali influxu supra existentiam meritorum: sed sunt merita actio, qualis sunt pedicto cum est ambulatio. Nec valet diferen., quod dicas merita here valore, quem ea dicta non habet ambulatio: nam un. dicta est quod valor hic nullo fuit aut influit, siquidem non movetur Deus intuitu ipsius: ergo se habet ut materialis; siquidem ex eo se depet gloria a meritis, quia Deus aligavit ex eiusque meritis, si dentur, ut potuit aligare ambulationi, et cuius alij actioni mere.

§. 2.ª Obiectis respondetur.

930 Obijcitur 1.º: si valorem actio nostra ... distinc. ... quas ... ipsos militaret in ... ergo nulla est ... in- tentis nostris. ... quia 2.º ... tendit in gloriam et coronam, et ... ergo ... in gloria et corona ... ut ... que ... nostris, ... meritis ... ergo id quod ... &c.ª ... diferen. inter ... quod ... positae ... gloriam et corona ... in genere causae ... ipsa ... de- cernit dare gloriam ... in ipsa ... remu- neratio coronae ... 2.ª ...

coron et ster. 1ª. fatis executionem glorie; ac proinde ni haber se ipsa pro obiecto; cessant sic alia consequentia male contra nos instauratae: nego igitur assumptum atque adeo probationem eius.

§ 31. Obiicies 2º et inferes: ergo datur in Deo voluntas reflexa qua velit velle; siquidem praedicta per potentiam voluntatem vult Deus Deum movendum ex meritis ad dandum eis suam gloriam; sed quod Deus sic reflexe velit videtur absurdum; 1º quia voluntate reflexa utitur quis cum se experitur difficilem [illegible] ad affectum virtutis, ut ea ratione flectatur voluntas, et emolliatur circa eum actum. Deus autem ex se ipso sit summe promptus et expeditus ad quamvis virtutem, non indiget tali imperante: probatur 2º quia omni cuiusvis actus debe- ret dari in Deo alia voluntas reflexa, qua velit operari ex tali motivo, quod non dicemus. 3º quia stat ordine non defenditur a nobis ideo illa electio ante et post praevisa merita, quae [illegible] [illegible] a dissentientibus eis [illegible] ordine intentionis, et executionis, quia huiusmodi duplex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], atque adeo prior erit intentio posterior executione [illegible] discurrendo nostra [illegible] [illegible] per modum intentionis et executionis [illegible] [illegible] [illegible] et reflexa [illegible] [illegible] [illegible] notanda veniet [illegible] [illegible]

§ 32. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] velle reflexe [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ipsa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] directe [illegible] gloriae, et de [illegible] sit reflexa [illegible] [illegible] posterius, quare [illegible], et [illegible], [illegible] voluntas pure [illegible]

flexa dedeceret Deus (quod non probavimus) hec adhuc prior voluntas non esset hoc titulo narranda eius prima sit directa: Ad probandum indecentiam non aspicimus voluntas reflexa nasci semper ex difficultate quam eius voluntas simpliciter narrat sit ad ordinandum actum: Ut quando ex affectu erga Deum imperatur actus misericordiae, et ex affectu penitentiae imperatur amor Dei. Voluntas ergo reflexa de qua loquimur, est in Deo necessaria non ex aliqua difficultate, sed ut possit Deus intendere finem hunc, puta glorificari homines ex meritis, eo quod finis iste, gloria velut ut corona non est alio modo amabilis. Instabis clare hec doctrina in voluntate inefficaci, qua vult Deus gloriam ut coronam omnibus hominibus adultis: hec eius voluntas ut inefficax, reflexa est in voluntate alterius efficacis, qua Deus non habet se habet conferendi eius effectu gloriam omnibus, si per ipsos non stetisset. Respondeo dicta numero 862 ergo sicut ibi adest reflexio sine indecentia, hec etiam aderit.

533. Ad tertium breviter ostendo quod in aliorum actuum non fit in Deo cognitio reflexa, et ego nihilominus quod non debeat esse reflexa voluntas hec prior modo quo diximus. Et ratio discriminis est: quia forte pro primo illorum actus amabile est obiectum voluntatis directe, ac proinde sit esse voluntas directa; nullo modo reflexa. At gloria ante merita non est amabilis ut corona, nisi ametur etiam alia voluntas, ex qua coronae denominatio desumitur; atque adeo necesse est ut reflexe sit. Ad quartum dico, me nunquam admisisse in Deo voluntatem pure executivam eius, quod intentione absolute et efficaciter statuit. Fundamentum dedi numero 515. Unde licet cum Eximio Doctore et aliis conveniam in distinguendis pro casu presenti et similibus duabus predictis voluntatibus; secundam tamen non

pono et pare exequendo, q[uo]d la voluit, sed et partem executionis seu illius voluntatis. Inq[uo] sicut aliq[ua] singular tas sit, penes explicationem manet, quae n[on] tam re [com]pensione, q[uam] imitatione digna fiet si pro rebus huc usque adeo abscuris clarius et distinctius expandis singularis sti[lo] et inveniatur.

934 Obiicies 3°: ex P. Ruiz: Deus per intentionem sua efficaciter velle quodcumque bonum ab ipso causabile sub titulis braviy et coronae reddendae propter merita, et bonum causabile a Deo: ergo per Deus intendere illud sub si efficaciter intendat, ex ipso vult efficaciter exequi operationem transeuntem pro potis meritis ex illius voluntatis exequitur, nulla q[ue] alia voluntas addenda erit. Preo[missa] ipso integro syllogo priori, distinguen minorem subsumptam: vult efficaciter exequi operationem transeuntem et omnia Deo: absque nova motu, et con: q[uod] operatio illa et omnia dicat ordinem ad velle quo ex merito movetur, fit, dandum esse aliquod velle: cuius prior n[on] movetur nec causetur moraliter a meritis.

935 Obiicies 4° ex eodem Autho[re] nulla est necessitas distinctae voluntatis exequentis: ergo[?] la probatur: q[uia] ipsa met intentio potest applicare omnipotentiam immediate: et si Deus v[ult] efficaciter convertere Petrum, posita ea voluntate et impio, dabitur de facto Petri conversio: ergo. Dixi tamen q[uo] sensu dicatur exequens, seu ad ordinem executionis expectans haec 2a voluntas a nobis stabilita; dedi insuper fundamentum[?] constat eius necessitas, quare negato antecedente, et probatione eius exemplar nil valere dices; quia Petri conversio decernitur 2° se, si et omnia, q[uia] eadem r[ati]one si decer[nitur]

vetr gfa faterer plane addendo in eevolt de.

536 Obiecs 3º ex DD. Salmanticensibus: decreto antecedente merita vult Deus efficaciter ut omnipotentia exequatur præmius post præuisa merita: ergo visis meritis, vi sola illius decreti cogitur omnipotentia exequi præmiu. Probas cons quasi ad hoc: quia voluntas exequens quæ vult præmiu præuisis meritis, detrahit ad execuos, sed idem oio intendit voluntas ans: ergo vi sola illius detrahatur aut cogitur omnipotentia ad executione. Ofras 2º etiam quasi ad hoc: in sentenzia decretu ans merita habet vim post ipsa præuisa detrahendi immediate voluntatem ad decretu exequens præmiu, quen eam vim exercere valeat independenter a meritis præuisis, et hoc, solum quia priori decreto antecede merita vult decretu posterius post merita, sive implicite, sive explicite: ergo similiter decretu ans merita potest habere vim detrahendi immediate omnipotentiam ad actus externos, volendo illos exere post præuisos meritorum.

537 Ofirmas 2º: quia decretu creandi animam rationalem post præuisam materiam præparatam potest detrahere omnipotentiam ad creandam animam, cum materia fuerit præparata: ergo similiter decretu conferendi præmium post præuisa merita potest determinare omnipotentiam ad conferendum ipsa præmiu præuisis iam meritis. Confirmas tertio: quia voluntas conditionata ex parte obiecti, posita conditione transit in absolutam independenter ab alia voluntate absoluta, et ipsa producit effectum: ergo voluntas decernens effectum dependenter a ratione meritorum habitorum

immeate exequendi effectu possitis meritis independenter ab alia voluntate, atque adeo haec necessaria non est casu quo praedimus. Concedo antecedens huic marae consequentia alii.

938 Ad illud nihilominus respondetur distinguendo ant.: decreto ante merita vult Deus efficaciter ut omnipotentia exequatur praemium meritis praevisis, tanquam coronam, concedo praevisis meritis nego ant. et conseq. Ad huius probationem concedo maiorem et nego minorem, quia decretum quod sequitur merita non intendit aliquid ut coronam, sed ut coronam, quia dat motivum ex meritis ut supra dixi: decretum vero antecedens intendit ut quod sit corona et praemium, cumque non sit corona, nisi merita illam caeant, fit ut intendatur sub meritorum influxu qui, ut ostensum est, non stat sine alia voluntate, atque adeo admittenda.

939 Ad 2a confirmationem licet abunde dictum sit n. 926, respondeo nihilominus distinguendo ant., distinguendo conseq.: si decretum illud ant. vult ut executio gloriae causetur moraliter a meritis praevisis, conseq. sit intendat ut executio gloriae iungatur cum meritis praevisis concomitanter, concedo conseq. Itaque dupliciter intelligi potest decretum illud ant., vel ita ut se decernat exequi praesuppositis meritis, vel ita ut decernat exequi dependenter a meritis influentibus moraliter in illam. Si prior modo adstruatur, concedo posse habere vim determinandi ad executionem gloriae praevisis meritis, tum tamen non dicetur gloria causata a meritis, sed simul cum illis haberi; si posteriori modo non potest determinari nisi ad influxum meritorum in gloriam, id est, ad habendam aliquam voluntatem, quae ...

meritis moveatur. Sequendo ergo de decreto ante hoc posteriori nec destruendo dicendum est perfectis meritis fit in Deo alia voluntas, quae id decernit. Ille non aut donare ad executionem quia executio non est obiectum talis decreti nisi ordinetur a meritorum influxu.

940 Replicabis: si Deus decernat gloriam ex meritis perfectis seu quod Deus supposita meritorum perfectione, hac supposita debeat gloriam, sed hoc fieri ut merita influant in gloriam, ergo ut gloria detur ex meritis perfectis non est necessaria alia voluntas prior. fundantis moralis ea quae: quia ex a gloria in eo casu pendet a perfectione meritorum siquidem sine hac non erit. Illa sed non pendet physice, ergo moraliter, ergo ut hunc effectum moralis non est adstruenda posterior alia voluntas quae moveatur ad dandum gloriam ex meritis perfectis. Conveniunt ex dictis, quicquid sit de replica. Nego igitur minorem. ad eius fundamentum distinguo maiorem: ex gloria in eo casu pendet a perfectione meritorum tamquam a limitanti, concedo maiorem; tamquam a causa influente moraliter, nego maiorem. In re hoc positum est, quia utraque quae ex vi eiusdem decreti statueretur tunc a Deo. Et illa inde tamquam a limitanti penderet ab altero, qualiter Petri lectio penderet a Ioannis cursu si Deus ita decerneret: volo ut Petrus legat et Ioannes currat. Unde sicut in hoc exemplo non potest dari Ioannis cursus sine lectione Petri, ita in casu argumenti dari non potest gloria sine meritorum perfectione. Ratio est quia merita perfecta non influerent in gloriam, quia neque

influunt physice vel physicum nec moraliter volendo, ut in statu.

541 At de primo ipso ante; nec cognitio divina, qua est quod creat aliquid, quod decernit ut esset dispositione mere physica sic articulo in quo fuerunt dispositiones quae est ex conditione mere, gloria autem decernit propter merita et remunerationem, adeo adeo ut caeteri a meritis, quae non est aliquis aliquis influxu in voluntate dei. Ad 2um ipsum de toto si merita sunt conditio mera quae aliter examinabitur, nunc autem si sunt causa moralis movens illos, ad exemplum gloria quae aliter sunt ea in [illegible].

§ 3ª Nec vitiat praedicta electio quod ipsa divinitus sit posterior vel onerosa.

542 Tangit titulus 3 praesentis capitis, quod n. 514 propositum inter ea quae excogitata sunt pro impugnanda praedicta intentione et electione praedicta. Omissa ergo distinctione duplici electionis aliquis ante et alius subsequentes aliis ex praevisis meritis quae remuneratione adstruximus, videamus nunc an stare possit quod praeferre videtur duae illae voluntates, et vera et tanta sit ut ex impossibilitate earum utriusque voluntatis efficaciter impugnetur. Ita impugnari videtur et contendit et erudite et nervose ut a solet acutissimus Vazquez 1a parte disp. 89 a cap. 9 et 3a parte disp. 23 cap. 10 et 11, quem sequuntur PP. Torres, Becanus, Herrera, Montes et cum ardentissime P. Lessius disp. de praedestinatione et reprobatione hominum et Angelorum. Sic res ... versantur ... electionis efficacis ad gloriam ante praevisa

merita; quatenus vero ad intentum accedant est adeo praedicta voluntas eo evidenter nunc sponendo et solvendo momenta omnia quae illud astruunt

